

Commentarij super regula diui Augustini Iponensis episcopi sancte ecclesie doctoris precellentissimi editi ab Ambrosio Coriolano sacre theologie professore et priore Generali totius ordinis fratrum remiuarii eiusdem sancti per modum Dialogi feliciter incipiunt.

Augustinus

Ante omnia fratres karissimi diligat deus deinde proxim⁹. q̄ ista sunt precepta principaliter nobis data.

Ambrosi⁹

Hec omniū patente doctorum. et nostre sanctissime religionis. primo ac veracissimo fundatore Aurelio Augustino iubemur. ut in primis deū sabinde proximū diligamus. quoniam si cut rationem adiecit. a mundi redemptore ista precepta seruanda sunt principaliter nobis data. et adeo quidem ut ex his. ceu ipse saluator mox intulit. tota lex p̄deat et prophete. Ob eam rem a sanctissimo gentium doctore scriptū est. Qui dilit legē adimpleuit. Et Augustinus in commentarij canonice Johannis inquit Dilectionem habeas et implesti legez. qđ q̄ preclarissimum q̄q̄ consentaneum dictum sit. constat ex eo quidē. q̄ ex his duas dilectionib⁹ tota confletur caritatis essentia. Unde eam hoc pacto sacri diffire doctores. Caritas est dilectō qua diligimus deū propter se. et proximū propter deū. aut in deū. perinde idē Augustinus in octoagintāriū questionum volumine eam talem vocat amorem. quo deus et animus ip̄e diligitur. Et in libro de doctrina christiana. ea motum animi nuncupauit ad fruendū deo propter se ipsum. et se atq̄ proximo propter deū. At enim tanta est caritatis necessitas. tāta excellentia. tanta prestantia. tanta deñiq̄ gloria et splendor. ut de ipsa idē gloriosus apostolus Paulus ad Corinth. scribens intonuerit. Si linguis hominū loquar et angelorum caritatem autem nō habeam. factus sum velut es songans. que

cymbalum tiniens. Et si habuero ppheetiam. et nouerim mysteria omnia. et omnē scientiam. et habuero omnem fidēz. ita vt montes transferam. caritatem autem nō habuero nihil sum. In quib⁹ et alijs que sequuntur non modo utilem. sed necessariam. hanc vnam omnī caput parenteni decorēq̄ virtutum. satis esse ad eternam felicitatem acquirendā transfigit. et quo q̄ prestantiam augens eam esse omniuz preceptorum finem. legisq̄ plenitudinez alibi definiuit. quoniam ad eam. si de cōscientia bona. et fide nō ficta extiterit. oīa referuntur precepta. quoꝝ quidem adimplatio vera est legis plenitudo. cui⁹ etiam diuus Gregorius celsitudinem cōtemplans illud salvatoris verbum. hoc ē preceptum meum ut diligatis inuicem. si cut ego dilexi vos. exponens. cum veheſtē rogat affectu. Cum cuncta sacra inquit eloquia plena sint dominicis preceptis. quid est q̄ de dilectōe quasi de singulari mandato dominus dicit. Hoc est preceptum meum ut diligatis inuicem. si cut ego dilexi vos. nisi q̄ omne mandatum de sola dilectione est. et omnia vnum preceptum sunt. q̄ quicquid precipit. in sola caritate solidatur. Ut enim multi arbitoris rami. ex una radice prodeunt. sic multe virtutes ex una caritate generant. Nec habet aliquid viriditatis ram⁹ boni operis. si non manet in radice caritatis. Precepta ergo dominica multa sunt et vnum multa per diuersitatem operis vnu in radice dilectionis. Et Augustinus cum de fortitudine suis in sermonibus narraret. prestantiam. afferuit. omnis bone actionis formam esse caritatem. Cum autē diuinorum verborum esset declamator. tam excellens bohem caritatem esse asseverauit. ut nihil ea preciosius. nihil luminosius. nihil firmius. nihil vniuersus. nihil deniq̄ astrueret fore securius. Et in tantam profecto eius laudes erexit vehementiam ut dicere nō diffideret. q̄ sublata caritate cetera dei munera nihil prodessent. Ad cuius item presentiam cetera viuerent dona īmo virientiori quadā valerent virtute. Et ut suam celsitudinem ad summū tolleret fastigium eam oīm bonorum radicem astruxit. eam vitā omnium virtutum digit. eam inter oīa diuina mu-

b 3